Mus.th.
1560
d

Mus. II

1560 D



= D (Hood)

MVSICAE


ΣΤΟΙΧΕΙΩΣΙΣ,

Autore Sebaldo Heyden.

AVTOR ZOILO.

Heus tu, ne dentes acuas, tibi Zoile dico.
Non tibi, sed pueris hæc damus ingenuis.
Hinc pudeat, moneo, rosisse aliena, quod ipsum
Stultitia est, ni des his meliora prius.

Anno M. D. XXXII.



Bayerische
Staatsbibliothek
München

INSIGNIS CVM ERVDITIONIS TVM GRAVITATIS VIro Patricio ac Cõſulari D. Hieronymo Bomgartnero, Mecœnati ſuo Sebaldus Heyden S. D.



VLgorum de Muſicæs uſu diſſertationes me audire memini, Hieronyme Ornatiſſ. at mea ſententia, nemo unquam, quod ſciam, neq; doctius quicquam, neq; uerius de hac re protulit eo, quod apud Ciceronem eſt, Ludo ac ioco quidem uti liære, ſed non aliter quàm ſomno & quietibus cæteris, tum, cum grauibus ſerijſq; rebus ſatisfecerimus. Quod equidem et de Muſicæ quatenus ea circa neruorũ ac uocum modulationes uerſat, certè intelligendũ eſſe, nemo doctus, opinor, negabit. Vt enim in ſomno ac quietibus cæteris ſolam deſeſſorum corporum ac animorum reparationẽ quærimus: Ita & Muſicam nulla alia cauſſa magis admittamus, quàm ut inde animis ex ſeueriorib⁹ ſtudijs deſeßis, priſtinum uigorem reſtauremus. Vt ita non uiaoſis uoluptatibus augendis, ſed uirtutibus amplectendis: non emaſculandis iuuenum animis, ſed ad honeſtatem ac fortitudinẽ acœndendis, ipſa deſeruiat. Atq; utinam ſaltem non ineptius de Muſica olim ſtatuiſſent templariarum Ceremoniarum autores. Sic enim ea, quæ ingenuis pueris cotidie in templis iamdiu decantanda fuerunt, non tam labor, quàm deſeſſorũ ex recenti ſtudio animorũ recreatio habita fuiſſent. Quod equidem et priſcos illos primæuæ Eccleſiæ Proceres, ita uoluiſſe contenderim, ut nulla alia ratione eiuſmodi Muſi-

as Ceremonias instituerent, quàm ut plebs puericq; Christiani haberẽt, quibus se ab audito uerbo, cæterisq; id genus serijs exercitijs, oblectarent refiœrentq;. Est enim & spiritui suus ludus suaq; remissio, sicubi nimium intensus defatigetur. Alio qui quod ad rem diuinam serio adtinebat, certè non intensiore uoce, sed collectiore animo faciendum erat. Hæc uero non eò scribo, ut improbem Musicam templariã: Nam omnes eas Ceremonias laudo amplectorq;, quarum saltem aliquis usus in ædificationem Ecclesiæ Christi, quales quales tandem sint, esse possit. Sed hoc potius aio, aliquot hactenus seculis Choralem Musicam nihil planè ingenuis studijs contulisse, Multum autem ingeniorum uiribus ademisse. Taceo uero quam nihil ædificauerit. Etenim expertus sũ, nulla aliare felicia puerorum ingenia unquã uehementius contusa esse, quàm si aliquot horas in discendo humaniores literas gnauiter sua opera functi, atq; ita defessi, nihilominus continuo à pulpitis Scholaribus ad cantiones templarias adigebantur, Vbi non quantum quemq; iuuaret, sed quod pro uiribus quisq; posset, in conănendo, etiam ad rauim usq;, necesse erat facere. Quod tamen haud quaquam factum esset, si illi qui eiusmodi Ceremonijs instituendis autores fuerunt, aut ipsi rei difficultatem experti fuissent, aut quid rei literariæ bono esset maloue intellexissent. Nunc uero quum utriusq; ex æquo ignari, aut certè securi, statuerẽt, nõ mirũ est quod pro oblectamentis molestias pueris suggesserint. Taceo quod eodem facto, pro spiritu & ueritate, quæ sola gratus Deo cultus sunt, inanem exoticæ linguæ detonationem, penitus omni sensu spiritus carentem, Ecclesiæ obtruserint. Nam qui spiritu fieri poterant, quæ ipsi

Myſtæ, ne dum pueri, ut plurimum non intelligebãt, aut cordibus interea alibi occupatis, ita oſtanter decantabant? Quales certæ Ceremonias quod labiorum tantum ſint, & cordis nihil habeant, Deus ubiq; abominatur. Et D. Paulus ne in Eccleſiam admitterentur edixit. Sed prævaluit humanæ rationis hipocriſis. Dum mediocriter eruditorum Chriſtianorũ, quantũuis tamen piorum, conſilia in eiuſmodi inſtitutionibus nihil ponderis haberent: Dumq; præ pauãßimorum autoritate, qui opinione plurimum ualerent, alijs omnibus fidelibus ſuum ius Eccleſiæ iudiãdo libere proponendi, ſi quid reuelatũ eſſet, etiam tunc Διὰ τὴν προσωπολη ψίαν, præſentißimã ſaliæt puræ religionis corruptriam, adimeretur. Etenim hic primus gradus eſt, quo ab ipſo certo uerbo Dei ad opiniones humanas olim eſt defectum, quod interpretandarũ ſcripturarum autoritas ad pauãßimos ueniret. Quod equidem & hoc tempore Sathanam moliri fãile eſt ærnere. Quẽ tamen Deus, tum rectißime prohibebit, ſi Paulinæ inſtitutioni locum dederimus, ut cuicunq; Chriſtiano in quocunq; negotio Euangelico liberũ fiat, quamcunq; reuelationem acceperit, eam Eccleſiæ iudicandam offerre, ut ita non perſona diœnis, ſed hoc ipſum quod diãtur, perſpiãatur, & quatenus cũ ſacris literis cõcordet, probetur. Ac deniq; omnibus examinatis, hoc tandem ſolum retineatur, quod conteſtante ſcriptura diuina optimum ac certißimũ cognoſcatur. Nam, ut nunc habent tempora, extra hoc unicũ nullo pacto cauteri poterit, ut ne aliquando pro tritico paleas ſimus remeſſuri. Nemo enim tam doctus uiuit, qui non alicubi cæcutire poßit, unde nemini ſoli ſatis tuto de rebus diuinis fiditur, quin & ipſum Eccleſiæ iudiãio

subijcias. Rursus nemo tam stultus, cui Dominus non interdum reuelare queat, imò soleat, quæ etiã sapiẽtißimos quosq; cœlet. Vnde & Paulus ipse omniũ piorũ reuelationes absq; discrimine audiendas ac dijudicãdas operæpretium autumat. Atq; utinam hoc unicum una cũ uerbo Dei nupernobis cõtigisset. Sic enim non dubito, maiori concordia hactenus doctũ esset, et minori negotio quæ cũ uerbo minus conueniebãt, iam olim abrogare licuisset. Nũc uero quod adhuc satis multa in Ecclesijs durent, quorũ usus cum uerbo Dei pugnat, cui nam potius, quàm personarũ respectui, imputem non uideo. Vnde nobis cautio sit, ne & nobis nũc, ut maioribus nostris olim, pestilentißima πρωτοστασία, uix dum bene exortam Euangelij lucem rursus obfusçet. Sed redeo tandẽ ad Musicas Ceremonias, quæ, ut et nunc sunt, utinam plebi Christianæ tantam sint usui ac ædificationi, quantum ingenuis studijs adhuc sunt oneri. Verũ de his Mystagogi uiderint: nos quod possumus facimus, dum quod uolumus nõ licet. Vt si aliquarum æquiorem institutionem impetrare nequeamus, saltem iucundiori compendio ea assequamur, quibus nõ nihil tædium discutiamus. Hoc uero est Hieronyme Ornatiß. hoc inquam, cur & ego, post tot Musicos libellos, à multis ante æditos, nouam eiusdem artis Στοιχίωσιν contexui. Male enim consultũ uidebatur ingenuis pueris, si ex templariæ Musicæ parte onerarentur, quæ oblectationis ac recreationis nihil, multum autẽ laboris ac tædij haberet. Tum etiam quod hanc artem solos eos decere contendo, qui alioqui grauibus negocijs occupati aut ingenuis studijs addicti, sicubi ita ferendo laßitudinem contrahunt, ut habeant, quo sese fructuoso tempore ob-

lectando reficiant. Nam de illiteratis ac ocioſe inertibus cum Platone pronuncio, eos per uarios canendi modos, multomagis corrumpi ac emaſculari quàm refici. Hanc itaq; Muſicæ σοιχειωσιν, qualis qualis tandē ſit, Tuæ Integritati potiſſimū nuncupare libuit. Non quidem quod tibi alicui uſui unquam futuram putarem, Sed ut tui nominis authoritatem oſores ueriti, uel hoc pacto tandem alienis reprehēdendis abſtinerent. Tuæ autem integritatis eſto, hoc quicquid eſt, tanquā a tui ob ſeruantiſſimo amantiſſimoq; candido animo accipere. Vale in Domino quàm feliciſſime. Sed ita ut tibi perſuadeas, ſi unquā pro ingenuarum artium cultoribus patrociniū ſuſcepiſti, hoc tempore te duplo magis id debere, quo ex morte Clariſſ. Viri, ac omniū ſtudioſorū præſentiſſ. Mecœnatis D. Hieronymi EBNERI, quaſi per hereditatē ad te deuenit, quicquid ille in hanc rem cōmodabatur. In cuius uere ſacram memoriam Epicedion hic ſubiungere libuit, quo minus etiam puerorum animis illius nomen exideret. Iterum uale. Ex Muſæo Sebaldino Calen. Septemb. Anni M.D.XXXII.

EPICEDION IN MORTEM CLARIS. Viri D. Hieronymi EBNERI Primatis Reip. Vrbis Norimbergæ.

Heu Pietas, heu cana Fides, heu uiuida Virtus,
Quam nihil ad uitam, uos coluiſſe, ſuit.
Nam ueſtri ſecura metens mors omnia miſcet,
Nec quicquam penſi, proſit an obſit, habet.

Hoc iniusta tamen, quod iniqua lanæ malignis
Aequior, in claros est mage sæua uiros.
Ante diem humanis hos præripit usibus, illis
Amplius ut noceant, stamina longa trahit.
Sic Nurnberga tibi tuus est EBNERVS ademptus,
Quem patrem patriæ fas coluisse fuit.
Qui uirtute sua, pietate, fideq; potitus
Rerum, supremas Consul in urbe tulit.
Quod senio saperet, quod & experientia rerum,
Illi multarum iusq; piumq; daret.
Namq; suis meritis nostræ hoc fuit unicus urbi,
Quod Cicero Romæ, quod Cato uterq; fuit.
Vt Ciceroni fide, grauitate Catonibus ipsis
Haud minor, his maior sic pietate fuit.
Quodq; adeo mirum est, in cunctis Ciuibus urbis
Nullus, cui queat hic displicuisse, datur.
Inter Magnates grauis, at de plebe merendo
Mitior, æquum se lauto inopiq; dabat.
Alloquio lenis, multuq; benignus, ut ipso
Supplicibus uerum pollicerentur opem.
Talis erat Ciuis, sed quod nihil esse uidetur,
Si opponas qualis Christicola iste fuit
In sermone Dei discendo plurimus illi
Ardor, ob hoc sacris uisus adesse frequens.
Hinc Euangelij quoties meminisset, ab imo
Diceres sensisses omnia cor de senem.
Nec minus & factis, quàm alij sermone, docebat,
Vnum cui recte fiditur esse Deum.

Atq; ita Christi colum uerum pia uita probabat,
Qui miseris nusquam ferre negaret opem,
Vt merito patriæ patrem Respublica nostra
Inæriisse sibi nunc uelut orba fleat.
Sed nimis hæc frustra querimur, dum nulla querelis
Sartiri nostris talia damna queant.
Imò ut ploremus, tamen expirasse beatis
Non damno est. Lucrum, qui bene uixit, habet.
Id quod & EBNERO nostro gratamur, ab omni
Parte pium & iustum, quem sua fama uehit.
Vnde modo in Domino per Christum cœlica gaudet
Gaudia, perpetuis perfruiturq; bonis.

EPITAPHIVM EIVSDEM D. H. EBNERI.

Ciuitas Norimberga loquitur.

Heus tu ne transi, prius huc conæde Viator,
Vt discas, isthæc quid sibi Tumba uelit.
Eæ sub hoc saxo nostri pars magna Senatus,
Imò pars urbis, contumulata iacet.
Vera damus, cernes. Iacet hic Hieronymus EBNER
Qui ærtè nostri portio magna fuit.
Siue grauem, seu prudentem, seu denique iustum
Velles, multorum solus hic instar erat.
Spiritus ad dominum rediit, sed inane cadauer
Hic manet extremæ uiuida signa tubæ.

Ergo Viator, ut hæc transis Monumenta, ſalutem
Sic placida EBNERO dicere uoce uelis.
Viue Deo fœlix anima, hic requieſce adauer,
Mox aderit, qui uos ſuſcitet atq; beet.

VIXIT ANN. LV. MENS. VII. DIES XXI.
OBIIT XXVI. AVGVSTI.
ANNI M. D. XXXII.

Sebaldus Heyden.

MVſicæ appellatione omnem litterarum humanitatẽ ac liberalem diſciplinam Veteribus ſignificatam eſſe, ab ipſis Muſis facta denominatio teſtificatur. Muſas enim nõ ærtæ alicuius, ſed pariter omniũ ingenuarũ artium præſides antiquitas conſtituit. Vnde & Muſicam, ἐν κύκλῳ παιδείαν uocatam conſtat, quod ea omnes ſcientias in ſe cõplecteretur, & abſq; uniuerſa diſciplina, Platone aſſerente, tractari nequiret. Verum noſtra hac ætate Muſicæ nomen penè totum ad uocum ac ſonorum modulationẽ uulgaris opinio transfert, perſuaſumq; eſt, inſignes Muſicos eſſe poſſe, qui tamen humaniores litteras nunquam attigerunt. Quod quanquã falſum eſſe re ipſa conuincatur, tamen conſilium non eſt, nunc quicquam de Muſica contra uulgo receptam opinionem inſtituere.

EST itaq; Muſica, ut nũc habet, ars ad recreandos à ſeuerioribus ſtudijs animos, proprie ac modulate quidlibet decantandi. Hanc uero definitionem tantomagis ex officio & fine Muſicæ contexere libuit, quod mihi ueriſimile non fiat, Pythagoræ, cui apud Græcos Muſicæ inuentio acepta fertur, dum ita inueniendæ operam daret, aliud uoluiſſe, quàm ut ſolis ſapientiæ ſtudioſis aliquid excogitaret, quo contractæ ex aſſiduis ſtudijs feſſitudini mederentur. Qui enim gruſtu eorũ, quibus nigra cauda eſſet, interdixerat, eo uidelicet ſymbolo, ita omnia notans, quorũ malus eſſet finis, quo pacto potuiſſet inertibus uoluptatibus initabulum, nedum materiam ſubmi, niſtrare? Quod ærte Muſica eſt, quoties in illiteratos ac uoluptarios incidit: ſi tamen quod ita de Muſica apud amuſos exulat, adhuc Muſicæ, & non potius paraſiticæ, nomen de-

mereat. Hæc autẽ eò ſcribo, ut tandẽ intelligatur, quàm præpoſtere agant hi, qui liberos ſuos primis ſtatim ab annis Muſicæ harmonicæ perdiſcendæ totos dedunt, ac interim ea ſtudia, quæ ad excolendos mores ac ueram humanitatem parandam ſuadebant, egregie contemnũt: belliſſime cum ſuis actum putantes, ſi arguti teſtudinicines, inde ad Arithmetica, atq; callidos Arithmeticos tandem ad mercaturã euexerint. Idq; in maximam rerum humanarũ pernicidem. Siquidem quæ noua teſta capit, eorum odorem poſt perpetuo retinet, ut ita & in prouecta ætate nihil aliud præter ſaltationes, amores, Veneres, ſcortationes, et adulteria crepent, qui, dum pueri eſſent, poſthabitis ſtudijs ſeuerioribus, Muſicæ lenocinijs dediti adoleuerunt, Neq; id abſq; maxima parentũ ignominia, qui ita rebus publicis, nõ uiros, ſed fœminas, imò peſtes potius, procreant. Nõ ita Chiron Achillem Muſicam docuit, ſed in grauibus ac ſerijs ſtudijs ante multum diuq; exercitato, tum demum Chelim in manus tradebat, Neq; tamen, ut amores, ſed ut immania laudum ſemina, ac fortia heroum facta caneret, priſcosq; uirũm miraretur honores. Quæ quoq; cauſſa erat, cur & Alexander, ille Macedo, oblatam Paridis cytharam recuſaret, præ Achillis cythara, quã ſe habere aiebat. Cuiuſmodi animos ſi & noſtris nunc liberis, mox ab incunabulis inſculperemus, longe minus ſcortationum, ſtuprorum ac adulteriorum nunc cernere eſſet: ſed uiderint parentes. Mea ſententia uniuerſæ Muſicæ officiũ eſto, feſſitudini ex ſeueris ſtudijs contractæ mederi, ac animos ingenuos diſcuſſo tædio priſtino uigori reſtituere.


MVSICAE ſpecies ſunt duæ, Simplex & figurata. Sim-

plex eſt, in qua omnes notulæ, ut eiuſdem ferè formæ ac coloris ſunt, ita et quãtitate æquiualent. Vulgus Choralem uocat. Ea uero, quia nihil plane habeat, quod non idem & Figuratæ ſit, à me hic conſulto omittitur. In cõfeſſo enim eſt, Figuratæ Muſicæ peritũm, etiam ſimplicem probe callere, cum econtra ſimplicẽ quantũcũq; doctus, in figurata nihil artis poßit, niſi & illi priuatam operam collocet.

FIGVRATA Muſica eſt, in qua uariæ Notulæ, ſecundũ uarias figuras, colores, ac ſignorũ characteres, etiam uariã quantitatẽ accipiunt. Huius Muſicæ ſeptẽ ſunt accidentia. Scala, Clauis, Nota, Punctum, Pauſa, Tonus, Menſura.

De Scala.

SCala, Conſtitutio eſt ex lineis ac ſpacijs recte deductis, in hoc, ut Arſis ac Theſis notularũ certius per ipſorum diſtantias deprehendatur. Quantũ enim uox uel intendenda, uel remittenda ſit notulis in ſuperficie inani deſcriptis, ut nemo unquam certe cognoſcat: ita ſi linearũ ac ſpaciorũ paralleliſ diſtinguantur notulæ, abſq; negotio primo ſtatim aſpectu, interuallorũ quantitatem quiſq; tenebit: quod utrunq; ſubiectæ formulæ probant.



De Clauibus.


CLaues ſunt literæ lineis ac ſpacijs ſingulatim additæ, quibus docetur ordo earum ſyllabarũ, per quas Cantilenæ ſuam propriã modulationẽ accipiũt. Claues dictæ ſunt, quod cantionũ ærtas melodias uelut aperiant, ac oculis expoſant. Vt enim in obſeratis areulis, quæq; contenta latent & ignorantur: reſeratis autem omnia patefiunt ac peruidentur, Ita abſq; Muſicis clauibus nullius cantionis ærta modulatio cognoſci poteſt: Si uero ærtus ordo Clauium à fronte cantionẽ adſcriptus, locos ac uoces Syſtematis reſerat, tum omnia, quæ ad eius cantionis melodiam pertinent, patefiunt.

CLAVES diuiduntur in Graues, Medias et Acutas. Graues dicuntur Maiuſculæ infimæ Γ. A. ⊏. C. D. E. F. G. Ideo quod cantiones per eas deductæ, uoce demiſſa ac craſſa decantari ſolent. Baſſum Cantores uocant.

MEDIAE minuſculis literis & eiſdem ſimplicibus deſcriptæ, mediam uocem inter demiſſam grauem & intenſam acutam exigunt. Secundũ quas Tenorẽ & Altum, ut uocant, in Concentu modulamur. Sunt autem hæ. a. b. c. d. e. f. g.

ACVTAE ſunt geminatæ illæ literæ ſupremæ, aa. bb. cc. dd. ee. quæ uocem plane intenſam adeoq; acutiſſimam depoſcunt. Quæ quidem impubertatis eſt propria. Diſcantus Muſurgis dicitur ea uox.

CLAVES in Syſtemate ita digeruntur, ut in ſubiecta figura hic liceat cernere. Quibus tamen, & alias addere licebit, quoties cantio harum fines infra ſupraue exceſſerit: ſed ita, ut ordo receptarum ſeptem literarum ſeruetur, ac mediarũ ſyllabæ homonymis literis infra ſupraue additis, accedant.



Itaq; pueros cantaturos ſyſtema cum ſuis Clauibus ac ſyllabis, tanquam proprios digitos memoria tenere, ac cuiuſuis cantionis initio appliare operæ precium erit. Hoc enim modo, dictum ac factum, totam ſolmiſandi (ut uocant) artem certiſſime deprehendent, Dummodo diligenter obſeruent per unicum bfa♮mi, tanquam primipem Clauem, cæterarũ ferè omnium Clauium uoces ac ſyllabas, in omnibus cantibus producei ac regi, Neq; ullum Cantorem, ullam cantilenã proprie modulari poſſe, niſi ante conſulto bfa♮mi didicerit, mi ne, an fa, ipſum ſuæ ſtationi dari uelit. Cui rei facilius perapiendæ dupliçm cantum conſtituimus, bmollis & ♮duri. Secundum quod omnis cantus ab initio, aut b adſcriptum habet, aut non habet.

Cantus, qui b ab initio adſcriptum habet, bmollis dicitur, & ſecundum fa in bfa♮mi, cæterarum, omniũ Clauium ſyllabas mſra ſupraq; ſuo ordine, ſecundum hic infra ſubſcriptas uerſuum regulas deligit. Idq; ſi b ſuum proprium locum tuetur. Nam ſi b initiale, poſthabita ſua propria ſtatione, in alamire aut elami tranſmigret, cantum fictum faciet, in quo tum neglectis aliarum Clauium regularibus ſyllabis, aliæ ſuppoſititiæ fingendæ erunt, pro ut mſra ſa in bfa♮mi, mi, re, ut:

ſupra autē, ſol, la expetitur: atq; ita etiam in cſolfaut, re: in dlaſolre mi locum habebunt. Sed eiuſmodi fictarum cantilenarum nullus plane eſt uſus, præterquàm in ſolis concentibus quas tamen quod & ipſæ totæ, ſecundum ſa in bfa♮mi decantentur, à bmolli cantu ſeparare nolui. Aliàs ſi b nō ab initio præſcriptū, ſed mediæ cantioni paßm inſertū reperiatur, in ſolā eam Notulam ius habet, quæ in eodem ſpacio aut eadem linea proxima ſuccedit.

Cantus, in quo, nullum b ab initio adſcriptum eſt, ♮duri dicitur, in quo ſecundū mi in bfa♮mi, ītidem omniū Clauium ſyllabæ, ſurſum deorſum, pro ipſius qualitate coaptantur.

Naturalem uero cantum, quem alij Muſicā tertiū ponunt, ego hic conſulto omitto, quod conſiliū ſit, ea omnia, quorum non adeo ad artē canendi intereſt, hic ſuperſedere. Nā naturalis cantus ferè nunquā ita ſe habet, ut non aut ♮duri, aut b mollis ſepta coincidat, niſi forte diapentæ nō egrediatur: qualē tū nihil planè uetat ♮duri noīe æneri. Aliàs ſi diapaſon attigerit, iam certe non naturalis amplius, ſed aut ob b inſcriptū regulis bmollis, aut non ſcriptum, ♮duri dimetiendus uenit. Aliarum cantilenarū exempla hic infra ſubſcribemus, ſi prius ſolmiſandi regulas tradiderimus: nam abſq; illis nullum exemplum intelligerent pueri.

ARS SOLMISANDI.

Prima regula.

De Clauibus Ccharacteriſticis.

Clauis prima locum, qui ſit, ſyſtematis offert.

Secunda.

De ordine Clauium recitandarum.

Scandens proœdas, descendens libere retro.

Tertia.

De Clauibus monosyllabis ac dissyllabis.

Vt, re, mi, scandens: descendens sume, la, sol, fa.

Quarta.

De trisyllabis Clauibus.

Clauis ut una duas superas humilesue trahebit,
Inferior b non scripto, scripto altior adsit.

Quinta.

De bfa♭mi.

Fa cane b scripto, non scripto mi modulare.

Sexta.

De ffaut.

F fa semper habet, nisi ubi ad b scanditur, ut dat.

Septima.

De transpositis Clauibus.


Transpositam Clauem mox integra Scala sequetur.
Solmisaturo satis hæc, sunt cætera nugæ.

In his uersibus totam solmisandi artem pueri ob oculos positam habent: quorum ductu, mox cõspecta cuiusq; cantionis characteristica Claue, singularum uocularum syllabas per-


noſcent. Idq; quantũ mihi uidetur longe minori negotio, quam hactenus ex aliorum traditionibus fieri potuit. Conſulo autem hic in exemplis ponendis parco eſſe libet, quod eorum ingens ubiq; copia, etiam ultro cantaturis ſeſe offerat. In quibus ærius decantandis pueri omnium primo de loco ſyſtematis per Clauem characteriſticam inquirant. Quo deprehenſo, mox omniũ linearum ac ſpaciorum Claues infra ſupráq; characteriſticam poſitas, contemplentur, atq; ita ſecundum ſa uel mi in bfaꝑmi per omnes lineas ac ſpacia ſyllabarũ Scalam effingant. Quæcunq; autem ſyllaba, in quamcunq; lineam aut quodcũq; ſpacium inciderit, ab ea omnes notulas ibidem recte ſequentes ſolmiſaturus denominet.

Exemplum eſto, quod hic infra primum eſt, Si cſolfaut tertiæ lineæ, quæ fere & media eſt, incubat, b in contiguo, ſpacio ſubſcripto, iam cantus bmollis eſt, et Characteriſticæ linea in deſcenſu ſol habet, ex regula tertia & quarta. Sequentur autem per ordinem deorſum, fa, mi, re, ut. In aſcenſu uero pro ſol, ut, ueniet, ex regula tertia, atq; inde gradatim ſcandent, mi, fa, ſol, la. Quibus ita conſtitutis, ſtatim de ſyllabis omniũ notularũ in ijſdem, ſeu ſpacijs ſeu lineis recte ſequentium conſtabit. Quarum quæq;, cur ita & non aliter habeat, ex ueriſibus præſcriptis examinans clariſſime percipiet, Si ijs tanquã Ariadneo filo in explicãdis mutatiõibus ac tranſ-


Regulæ Solmiſandi. (poſitionibus utatur.




Exemplum cantus bmollis.



Exemplum cantus ficti, cuius nullum usum esse diximus, præterquam in concentu multarum uocum.



Exemplum bmollis alicubi inserti.



Exemplum cantus ♮ duri.

Vt hic pueri Scalam Notulis prænotatam uident, itidem si & in alijs cantionibus fœrint, facilime omnes cantabunt.

De Notulis.

NOtula est character, secundum quem uox sursum deorsum, certis motibus ac interuallis deducitur. Notularum aliæ simplices sunt, aliæ colligatæ. Simplices sunt octo.

Maxima		Minima	
Longa		Seminima	
Breuis		Fusa	
Semibreuis		Semifusa	

mereat. Hæc autẽ cò ſcribo, ut tandẽ intelligatur, quàm præpoſtere agant hi, qui liberos ſuos primis ſtatim ab annis Muſicæ harmonicæ perdiſcendæ totos dedunt, ac interim ea ſtudia, quæ ad excolendos mores ac ueram humanitatem parandam faciebant, egregie contemnũt: belliſſime cum ſuis actum putantes, ſi arguti teſtudinicines, inde ad Arithmetica, atq; callidos Arithmeticos tandem ad mercaturã euexerint. Idq; in maximam rerum humanarũ perniciem. Siquidem quæ nouã teſta capit, eorum odorem poſt perpetuo retinet, ut ita & in prouecta ætate nihil aliud præter ſaltationes, amores, Veneres, ſcortationes, et adulteria crepent, qui, dum pueri eſſent, poſthabitis ſtudijs ſeuerioribus, Muſicæ lenoanijs dediti adoleuerunt, Neq; id abſq; maxima parentũ ignominia, qui ita rebus publicis, nõ uiros, ſed fœminas, imò peſtes potius, procreant. Nõ ita Chiron Achillem Muſicam docuit, ſed in grauibus ac ſerijs ſtudijs ante multum diuq; exercitato, tum demum Chelim in manus tradebat, Neq; tamen, ut amores, ſed ut immania laudum ſemina, ac fortia heroum facta caneret, priſcosq; uirũm miraretur honores. Quæ quoq; cauſſa erat, cur & Alexander, ille Macedo, oblatam Paridis cytharam recuſaret, præ Achillis cytharã, quã ſe habere aiebat. Cuiuſmodi animos ſi & noſtris nunc liberis, mox ab incunabulis inſculperemus, longe minus ſcortationum, ſtuprorum ac adulteriorum nunc cernere eſſet: ſed uiderint parentes. Mea ſententia uniuerſæ Muſicæ officiũ eſto, feſſitudini ex ſeueris ſtudijs contractæ mederi, ac animos ingenuos diſcuſſo tædio priſtino uigori reſtituere.


MVSICAE ſpecies ſunt duæ, Simplex & figurata. Sim-

plex est, in qua omnes notulæ, ut eiusdem ferè formæ ac colo-
ris sunt, ita et quãtitate æquiualent. Vulgus Choralem uocat.
Ea uero, quia nihil plane habeat, quod non idem & Figura-
tæ sit, à me hic consulto omittitur. In cõfesso enim est, Figura-
tæ Musicæ peritum, etiam simplicem probe callere, cum econ
tra simplicẽ quantũcũq; doctus, in figurata nihil certi posit,
nisi & illi priuatam operam collocet.

FIGVRATA Musica est, in qua uariæ Notulæ, se-
cundũ uarias figuras, colores, ac signorũ characteres, etiam
uariã quantitatẽ accipiunt. Huius Musicæ septẽ sunt acciden-
tia. Scala, Clauis, Nota, Punctum, Pausa, Tonus, Mensura.

De Scala.

SCala, Constitutio est ex lineis ac spacijs recte deductis,
in hoc, ut Arsis ac Thesis notularũ certius per ipsorum
distantias deprehendatur. Quantũ enim uox uel intendenda,
uel remittenda sit notulis in superficie inani descriptis, ut ne-
mo unquam certe cognoscat: ita si linearũ ac spaciorũ paralle-
lis distinguantur notulæ, absq; negocio primo statim aspectu,
interuallorũ quantitatem quisq; tenebit: quod utrunq; subiectæ
formulæ probant.




CLaues ſunt literæ lineis ac ſpacijs ſingulatim additæ, quibus docetur ordo earum ſyllabarũ, per quas Cantilenæ ſuam propriã modulationẽ accipiũt. Claues dictæ ſunt, quod cantionũ ærtas melodias uclut aperiant, ac oculis expoũant. Vt enim in obſeratis areulis, quæq; contenta latent & ignorantur: reſeratis autem omnia patẽſcunt ac peruidentur, Ita abſq; Muſicis clauibus nullius cantionis ærta modulatio cognoſci poteſt: Si uero ærtus ordo Clauium á fronte cantioni adſcriptus, locos ac uoces Syſtematis reſerat, tum omnia, quæ ad eius cantionis melodiam pertinent, patẽ fiunt.

CLAVES diuiduntur in Graues, Medias et Acutas. Graues dicuntur Maiuſculæ infimæ Γ. A. ♭. C. D. E. F. G. Ideo quod cantiones per eas deductæ, uoce demiſſa ac craſſa decantari ſolent. Baſſum Cantores uocant.

MEDIAE minuſculis literis & eiſdem ſimpliãbus deſcriptæ, mediam uocem inter demiſſam grauem & intenſam acutam exigunt. Secundũ quas Tenorẽ & Altum, ut uocant, in Concentu modulamur. Sunt autem hæ. a. b. c. d. e. f. g.

ACVTAE ſunt geminatæ illæ literæ ſupremæ, aa. bb. cc. dd. ee. quæ uocem planè intenſam adeoq; acutiſſimam depoſcunt. Quæ quidem impubertatis eſt propria. Diſcantus Muſurgis dicitur ea uox.

CLAVES in Syſtemate ita digeruntur, ut in ſubiecta figura hic liceat cernere. Quibus tamen, & alias addere licebit, quotics cantio harum fines infra ſupraue excẽſſerit: ſed ita, ut ordo receptarum ſeptem literarum ſeruetur, ac mediarũ ſyllabæ hæ homonymis literis infra ſupraue additis, accedant.



Itaq; pueros cantaturos ſyſtema cum ſuis Clauibus ac ſyllabis, tanquam proprios digitos memoria tenere, ac cuiuſuis cantionis initio appliare operæ precium erit. Hoc enim modo, dictum ac factum, totam ſolmiſandi (ut uocant) artem artiſſime deprehendent, Dummodo diligenter obſeruent per unicum bfa♮mi, tanquam primapem Clauem, cæterarũ ferè omnium Clauium uoces ac ſyllabas, in omnibus cantibus produci ac regi, Neq; ullum Cantorem, ullam cantilenã proprie modulari poſſe, niſi ante conſulto bfa♮mi didicerit, mi ne, an fa, ipſum ſuæ ſtationi dari uelit. Cui rei facilius peraipiendæ dupliçm cantum conſtituimus, bmollis & ♮duri. Secundum quod omnis cantus ab initio, aut b adſcriptum habet, aut non habet.

Cantus, qui b ab initio adſcriptum habet, bmollis dicitur, & ſecundum fa in bfa♮mi, cæterarum, omniũ Clauium ſyllabas infra ſupraq; ſuo ordine, ſecundum hic infra ſubſcriptas uerſuum regulas deligit. Idq; ſi b ſuum proprium locum tuetur. Nam ſi b initiale, poſthabita ſua propria ſtatione, in alamire aut elami tranſmigret, cantum fictum faciet, in quo tum neglectis aliarum Clauium regularibus ſyllabis, aliæ ſuppoſititiæ fingendæ erunt, pro ut infra fa in bfa♮mi, mi, re, ut:

ſupra autē, ſol, la expetitur: atq; ita etiam in cſolfaut, re: in dlaſolre mi locum habebunt. Sed eiuſmodi fictarum cantilenarum nullus plane eſt uſus, præterquàm in ſolis concentibus quas tamen quod & ipſe totæ, ſecundum fa in bfa♮mi decan tentur, a bmolli cantu ſeparare nolui. Aliàs ſi b nō ab initio præſcriptū, ſed mediæ cantioni paßim inſertū reperiatur, in ſolā eam Notulam ius habet, quæ in eodem ſpacio aut eadem linea proxima ſuccedit.

Cantus, in quo, nullum b ab initio adſcriptum eſt, ♮duri dicitur, in quo ſecundū mi in bfa♮mi, Itidem omniū Clauium ſyllabæ, ſurſum deorſum, pro ipſius qualitate coaptantur.

Naturalem uero cantum, quem alij Muſica tertiū ponunt, ego hic conſulto omitto, quod conſiliū ſit, ea omnia, quorum non adeo ad artē canendi intereſt, hic ſupersedere. Nā naturalis cantus ferè nunquā ita ſe habet, ut non aut ♮duri, aut b mollis ſepta comādat, niſi forte diapentæ nō egrediatur: qualē tū nihil planè uetat ♮duri noīe cenſeri. Aliàs ſi diapaſon attigerit, iam certe non naturalis amplius, ſed aut ob b inſcriptū regulis bmollis, aut non ſcriptum, ♮ duri dimetiendus uenit. Aliarum cantilenarū exempla hic infra ſubſcribemus, ſi prius ſolmiſandi regulas tradiderimus: nam abſq; illis nullum exemplum intelligerent pueri.

ARS SOLMISANDI.

Prima regula.

De Clauibus Ccharacteriſticis.

Clauis prima locum, qui ſit, ſyſtematis offert.

Secunda.

De ordine Clauium recitandarum.

Scandens procedas, descendens libere retro.

Tertia.

De Clauibus monosyllabis ac dissyllabis.

Vt, re, mi, scandens: descendens sume, la, sol, fa.

Quarta.

De trisyllabis Clauibus.

Clauis ut una duas superas humilesue trahebit,
Inferior b non scripto, scripto altior adsit.

Quinta.

De bfa♭mi.

Fa cane b scripto, non scripto mi modulare.

Sexta.

De ffaut.

F fa semper habet, nisi ubi ad b scanditur, ut dat.

Septima.

De transpositis Clauibus.


Transpositam Clauem mox integra Scala sequetur.
Solmisaturo satis hæc, sunt cætera nugæ.

In his uersibus totam solmisandi artem pueri ob oculos posi-
tam habent: quorum ductu, mox cõspecta cuiusq; cantionis
characteristica Claue, singularum notularum syllabas per-


noſcent. Idq; quanuis mihi uidetur longe minori negocio, quam hactenus ex aliorum traditionibus fieri potuit. Conſulto autem hic in exemplis ponendis parco eſſe libet, quod eorum ingens ubiq; copia, etiam ultro cantaturis ſeſe offerat. In quibus ærius decantandis pueri omnium primo de loco ſyſtematis per Clauem characteriſticam inquirant. Quo deprehenſo, mox omnium linearum ac ſpaciorum Claues infra ſupraq; characteriſticam poſitas, contemplentur, atq; ita ſecundum fa uel mi in bfaꝟmi per omnes lineas ac ſpacia ſyllabarum Scalam effingant. Quæcunq; autem ſyllaba, in quamcunq; lineam aut quodcunq; ſpacium inciderit, ab ea omnes notulas ibidem recte ſequentes ſolmiſaturus denominet.

Exemplum eſto, quod hic infra primum eſt, Si c ſolfaut tertiæ lineæ, quæ ferè & media eſt, incubat, b in contiguo, ſpacio ſubſcripto, iam cantus bmollis eſt, et Characteriſticæ linea in deſcenſu ſol habet, ex regula tertia & quarta. Sequentur autem per ordinem deorſum, fa, mi, re, ut. In aſcenſu uero pro ſol, ut, ueniet, ex regula tertia, atq; inde gradatim ſcandent, mi, fa, ſol, la. Quibus ita conſtitutis, ſtatim de ſyllabis omnium notularum in ijſdem, ſeu ſpacijs ſeu lineis recte ſequentium conſtabit. Quarum quæq;, cur ita & non aliter habeat, ex uerſibus præſcriptis examinans clariſſime percipiet, Si ijs tanquã Ariadneo filo in explicãdis mutatiõibus ac tranſ-


Regulæ Solmiſandi. (poſitionibus utatur.




Exemplum cantus bmollis.



Exemplum cantus ficti, cuius nullum usum esse diximus, præterquam in concentu multarum uocum.



Exemplum bmollis alicubi inserti.



Exemplum cantus ♮ duri.

Vt hic pueri Scalam Notulis *prænotatam uident, itidem ſi & in alijs cantionibus fœrint, facilime omnes cantabunt.*


De Notulis.

NOtula eſt character, ſecundum quem uox ſurſum deorſum, certis motibus ac interuallis deducitur. Notularum aliæ ſimplices ſunt, aliæ colligatæ. Simplices ſunt octo.

Maxima		Minima	
Longa		Seminima	
Breuis		Fuſa	
Semibreuis		Semifuſa	

Hæ ſecundũ varios Modos, Tẽpora, Prolationes, & Proportiones, variam etiam accipiunt quantitatem. De quibus infra in Menſura trademus. Satis autem hic ſit, quam ſimpliciſſime earum ſingularũ quantitatem, ut communiter habent, indicaſſe.

Proinde ſciant pueri, quoties poſthac in deſcribenda Notularum quantitate Tactuum mentionem feçro, me de non diminutis, hoc eſt, de perfectis Tactibus loqui, qui ſinguli ſingulas Semibreues perficiũt, ut in tot Semibreues Notulas ſemper intelligant, quot Tactus numeratos legunt.



Colligatarũ Notularũ quatuor ſunt ſpecies. Semibreues, Breues, Longæ, Mixtæ. Semibreues ita pinguntur,  Quarũ quæq; duabus Semibreuibus conſtat. Notio earum eſt Virgula, ſiniſtro latere ſurſum ducta.

Breues ita pinguntur  Quarum ſingulæ partes, Perfectæ, tribus Imperfectæ duobus Tactibus decantantur. Peculiare ſignum habent, ſi prior quadrata caudam non habeat, ſcandentẽ contigua altera. Aut ſi in obliquis prior caudam ſiniſtre demittat.

Longarum duæ ſunt connexiones,  Quarũ argumentum eſt, ſi prior cauda careat, altera deorſum pendente, Aut ſi utraq; ſimplicis longæ formã retineat caudis dextris.

Mixtas uocamus, ubi duæ, tres, quatuorue Notulæ colligatæ, diuerſam tamen quantitatem tuentur. Quod fermè fit quoties iam ſupra recenſitis, uel ſimpliabus, uel colligatis Notulis etiam aliæ appenduntur. De quibus omnibus hæ regulæ breuiſſime docent.

Prima Regula.


Colligatæ, Semibreues, Breues & Longæ, cum aliis commiſſæ, eodẽ planè modo, quo iam ante doctũ eſt, cenſeantur.

Altera.


Accęſſoriæ Notulæ, ſi non fuerint ultimæ, pro Breuibus omnes decantentur, excepto, ſi qua eſt Maxima.

Tertia.


Sin ultimæ, ſurſum tendentes abſq; caudis, aut oblique dependentes, Breues: deorſum uero quadratæ, aut cum caudis, Longæ decantentur.



Semibreues. Breues omnes.



Breues. Longæ. Mixtæ



Mixtæ omnes.


Ea uero harum Notularum quantitas intelligatur de signis imperfectis, nam earũ unicuiq; in suo signo perfecto, ad hũc imperfectũ ualorem, eiusdem ipsius dimidia pars ultra accedit, sitq;, ut quæ nunc binario numero, post ternario cænseri necesse habeant. Sed hæc infra, cum de Mensura agetur, trademus.

De Punctis.


EST et Punctorum usus in cantilenis, dum ea Notulis aut pone adscripta, aut supra imminẽtia cernũtur. Ea quod aliàs aliud effiãut, trifariam distinguuntur. Alind enim est Punctũ Additionis, aliud Diuisionis, et aliud Alterationis.

PVNCTVM Additionis, uulgatius illud est, quod oĩs generis cantionum, quibuslibet Notulis, à tergo adscriptum, eã

rundem dimidiam quantitatẽ habet. Sub quo & perfectionis Punctum, quod nihil plane ab hoc differat, intelligatur.




DIVIſionis Punctũ, earum tantum cantilenarũ eſt, quæ perfecto arculo, aut prolationis maioris Punctulo inſignitæ ſunt, quod trinæ perfectionis dimenſioni ſeruiat. Hoc enim geminis Longis inter duas Maximas: aut geminis Breuibus inter duas Longas: aut geminis Semibreuibus inter duas Breues: aut geminis Minimis inter duas Semibreues, ſupra medium imminentis, utriq; extremæ alterutram mediam adtribuit. Exemplum.



Quod autem alicubi ærnes, Notulas minores per Diuiſionis Punctum ad maiores, nõ proximas, ſed alias longius diſtantes transferri, in eo cantando plane ſequenda eſt numeri ærnarij obſeruatio: neq; enim ulla alia regula, de ea diuiſione commodius quiſquam cauerit.

ALTErationis Punctũ, eundem fermè Notularũ ordinem, atq; eadem ſigna cum Diuiſiuo exigit. Sed hoc differt, quod ipſum extremæ priori, aut eius parti ſubiunctũ, alteram mediarum ſequentium bis tanti ualere facit, quanti ſimplex uale bat, unde et Alterationis nomen habet.



Extremæ, eius partis.


De Pausis.

PAusa uirgula est, transuersa à lineis deducta, significans tot tactus, quanti ipsa ualet, uelut per respirationem, silentio transcundos.


Pausæ totidem sunt, quot Notulæ. Singulæ enim Notulæ suas proprias Pausas habent, ut ita quæq; tanti ualeat, quanti Nota, pro qua ponitur, in eodem cantu decantari solet.

Discernuntur per linearum ac spaciorum protractus. a. Virgula per tria integra spacia transucrsa protensa, Pausa modi est, siue Longæ perfectæ. b. Per duo, Longæ imperfectæ. c. Per unum integrum, Breuis. d. A linea in medium spacij dependens, Semibreuis. e. In mediũ spacium assurgẽs, Minimæ, siue ut uocant suspirij. f. Itidem assurgens, sed aculeata superne, Semiminimæ. g. Geminum habens aculeum, Fusæ. h. Triplicem, Semifusæ.

Vocantur autẽ à suarũ Notularũ nominibus & ipsæ Longæ, Breues, Semibreues, Minimæ, Semiminimæ, Fusæ &c. Censentur in cantu perfecto numero ternario: in imperfecto uero binario: per omnia suis Notulis æquivalentes, excepto, quod ipsæ perfectæ, ab omni imperfectione ac alteratione immunes, eandem quantitatem, quoad signum perfectum durat, retinent.



a. longa perf. b. longa imperf. c. breuis. d. semi. &c.



b c d e f g

Reperiuntur & aliæ Pauſæ, quæ quod extra cantionis tractum ſint, nihil ſcrupuli habent. Ita Hemiaclus cum Punctulo inſerto ⊙ ſuperne Notulis imminens, cõmunem omnium uocum æſſationem ſignificat. Duo autem Hemicicli laxorum circumferentijs, ita tranſuerſe iuncti ⋈ repetendi initij argumentum habent.

De Tonis.

Tonus, eſt qualitas ſeu Tenor melodiæ, adeoq; affectus cantionis. Vt enim affectuũ animi alij alacres ſunt & plauſibiles, alij graues et ſedati, quidã gemebundi ac ſupplices, rurſus iracundi nonnulli ac impetuoſi, ita et cantionũ melodiæ, quod ſe planè ad adfectuum qualitatem accommodarent, uarie diſtinctæ ſunt priſcas Muſicas. Nos nunc octo Tonis eaſdem diſcernimus: Quorum differentiæ, quia potiſſimum ex artis & cuiq; peculiaribus Intꝛuallis perſpiciuntur, operæ pretium eſt, Intꝛualla hic breuiter deſcribere.

1. Eſt itaq; Vniſonus, earum omnium Notularum, quæ ſunt per eandem lineam, aut in idem ſpacium poſitæ ſunt.

2. Tonus eſt diſtantia a linea in proximum ſpacium, aut

à ſpacio in contiguam lineam, Excepto mi, fa, Hemitonio.

3. Ditonus Interuallum eſt à quaq; linea ad alteram, aut à quoq; ſpacio ad alterum. Ita tamen ut ne coincidat mi cum fa: nam ſi coinciderit, Hemiditonum conſtituet.


4. A quauis linea in alterum ſpacium, item à quouis ſpacio in alteram lineam Diateſſaron eſt.

5. Diapente autẽ dicitur diſtantia à quaq; linea ad tertiam, ſiue à quoq; ſpacio ad tertium.

6. Porrò ſi inane fuerit à qualibet linea in tertiũ ſpacium, aut à quolibet ſpacio ad tertiam lineam, ſi mi fa, bis incluſerit, Hemitonium cum Diapente eſt: ſin ſemel tantum, Tonus cum Diapente.


7. Itidem à quolibet ſpacio in aliud quartum, aut à qualibet linea in aliam quartam, ſi Hemitonium ſemel interæſſerit, Ditonus cum Diapente eſt: ſi uero bis, Hemiditonus cum Diapente.

8. Diapaſon, quod hactenus tradita interualla omnia complectatur, Græcis ita dictum eſt, Eſtq; ſaltus à qualibet linea in quartũ ſpacium, aut à quolibet ſpacio in quartam lineam. Ea uero Interualla omnia ex ſubiecta figura pueri ita facilime perdiſcent.




Per hæc Interualla diligenter obſeruata, facile tum erit, de cuiuslibet cantus Tono iudicare, hoc modo.

OMNis cantus in re finiens, qui ſuæ melodiæ tractū per re & la, Diapente potißimum effingit, Primi Toni eſt. Sin per fa & re Hemiditonum, Secundi eſt.




Exemplum primi.




Exemplum Secundi.

CANTilenæ quæ in mi deſierint, ſi mi & fa Diapentæ cū Hemitonio ſæpius ſonuerint, Tertij Toni ſunt. Verū ſi mi et la Dia teſſaron ſubinde repetiuerint, Quarti.




Exemplum Tertij Toni.




Exemplum Quarti Toni.

Cantio terminata in fa, quæ ſuperné Diapentæ fa crebriùs

repetit, Quinti ordinis est. Si uero per Diatonum fa & la crebrius commiscat, Sexti.




Exemplum Quinti.




Exemplum Sexti.

Septimi ordinis sunt melodiæ, a crebrius repetito supra sol aduit finale Dia pente delabentes. Si uero post fa, frequentius usurpatum, tandem Dia tessaron in ut, desinant, Octaui ordinis sunt.



Exemplum Septimi



Exemplum Octaui.

Vt autem pueri artius ac facilius hæc Tonorum discrimina memoria teneant, libuit hic duos uersiculos subscribere, iam olim à Cantoribus in hoc confictos, ut per eos peculiaria singulariũ Tonorũ Interualla, semel concepta, tenacius retinerentur.

Pri,re la dat. Se,re fa,Ter,mi fa. mi la. Quartus. Quint,fa fa. Sext,fa la. Sep,ut sol. Oc,tenet ut fa.

Atq; hæc nobis de Tonorum uulgari cognitione hic sufficiant. Neq; enim consilium est nostris regulis complecti, quid quisq; fingit. Quod hoc ita fieri nequeat, Puerisq; etiã si fieri posßit, non tam usui, quàm oneri futurum sit.

De Mensura.

MEnsura est certus motus temporis, ad cuius æque distinctas uices, uniuersæ Notulæ ac Pausæ secundum suam ipsarum quantitatem adaptantur. Eum temporis motum tactu distinguimus. de quo post trademus.

Mensura quadruplex est. Prolationis, Temporis, Modi et Proportionis. Totidem enim sunt Notulæ, quæ in cantionibus subinde uariari solent, per hoc, quod aut perfectæ, aut imperfectæ proferuntur. Prolatio in Semibreues ius habet. Tẽpus in Breues. Modus in Longas ac Maximas. Proportio in omnes pariter.

Perfectas Notulas uocamus, quæ ternario numero cõsentur, hoc est, quæ proximam minorem ter in se continent: ut si Maxima tribus Longis: Longa tribus Breuibus: Breuis tribus Semibreuibus: Semibreuis tribus Minimis ualet. Perfectionis signa sunt Circuli pfecti ○ ⌀, Numeri ternarij, 3, et Puncta intra Circulos, aut Semiarculos posita ⊙ ☾. Nam horum quodq; suarum Notularum, quas proprias habet, perfectionem signat.

Imperfectas uero Notulas dicimus, quæ secundum binarium numerum absoluuntur. uidelicet, dum Maxima duabus Longis: Longa duabus Breuibus: Breuis duabus Semibreui-

bus: Semibreuis duabus Minimis decantatur. Imperfectio ſignatur Hemiaclis C ☾: Numero binario. C2. & Punctorum abſentia. Cæterum ut pueri ſciant, in quas Notulas quodnis ſignum agat, hos Canones hic ſubſcriptos ediſcant.

Canon Primus.

Circuli aut Semiarculi abſq; numeris & punctis ita ſoli poſiti O C ⌀ ☾, ſolius Temporis, hoc eſt, Breuium Notularum perfectionem aut imperfectionem ſignant.

Canon Secundus.

Si Circulis numeri accæſſerint, binarius aut ternarius O3 C3 O2 C2, Tum Circuli proprie ad Modos ſpectant, ſeruiuntq; Maximis & Longis. Numeri uero Tempus, ternarius perfectum, binarius imperfectum, deſignant.


Canon Tertius.

Puncta quoties Circulis aut Semiarculis inſcribuntur, ⊙ ☉ ⊕ ☾, ſemper Prolationi, hoc eſt, Semibreuibus adtribuntur, Sed ita ut nihilominus Circuli iuxta priores Canones accedentibus numeris Modo, Abſentibus autem, Tempori addicantur.

De Prolatione.

MENSVRA Prolationis eſt, quæ Semibreuiū Notularū ◊ quantitatem definit. Ea duplex eſt, Perfecta & imperfecta. Perfecta Semibreuem tribus Minimis cenſet. Signum habet Punctum in medios Circulos, aut Semiarculos inſcriptum. ⊙ ☉. Imperfecta duabus Minimis Semibreuem æſtimat: Et earum omniū cantilenarū eſt, quæ nullum punctum Circulis inſertum habent O C.

Quod




Quod graduum ordinem ita inuertere, mutuq; confundere non licet, ne Modi, Prolationes, Tempora, & Mensurarum ratio turbetur. Quæ omnia ordine suo, & sibi inuicem subiecta, ad Perfectionem Cantus, & Harmoniæ, ad Delectationem Auditus, & ad Animi oblectamentum, ab ipsa Musica, tanquam Domina, & Regina, ordinata sunt. Quæ omnia, ut ad Cantum Figuratum, & Mensuratum, ita & ad Planum, & Choralem, quoad Modos, & Tempora, quoad Mensuras, & Proportiones, quoad Prolationes, & Quantitates, quoad Figuras, & Signa, quoad Pausas, & Colligationes, quoad Ligaturas, & Punctos, quoad Perfectionem, & Imperfectionem, quoad Alterationem, & Diminutionem, quoad Augmentationem, & Syncopationem, quoad Concordantias, & Dissonantias, quoad Consonantias, & Discordantias, quoad Cantum, & Contrapunctum, quoad Tactum, & Pausam, quoad Arsin, & Thesin, quoad Ictum, & Remissionem, quoad Vocem, & Sonum, quoad Tonum, & Semitonium, quoad Hexachordum, & Scalam, quoad Solmisationem, & Mutationem, quoad Ascensum, & Descensum, quoad Consequentiam, & Antecedentiam, quoad Fugam, & Imitationem, quoad Repercussionem, & Reflexionem, quoad Cantum, & Cantilenam, quoad Melodiam, & Harmoniam, quoad Rhythmum, & Metrum, quoad Carmen, & Poesin, quoad Oratorem, & Oratorium, quoad Rhetoricam, & Grammaticam, quoad Logicam, & Dialecticam, quoad Philosophiam, & Theologiam, quoad Mathematicam, & Arithmeticam, quoad Geometriam, & Astronomiam, quoad Astrologiam, & Cosmographiam, quoad Physicam, & Metaphysicam, quoad Ethicam, & Politicam, quoad Oeconomicam, & Monasticam, quoad Ecclesiasticam, & Ciuilem, quoad Iuris Pontificij, & Ciuilis, quoad Medicinam, & Chirurgiam, quoad Pharmacopœiam, & Alchymiam, quoad Agriculturam, & Architecturam, quoad Militiam, & Nauigationem, quoad Mercaturam, & Artificium, quoad Mechanicam, & Magicam, quoad Naturalem, & Supernaturalem, quoad Diuinam, & Humanam, quoad Ciuilem, & Rusticam, quoad Priuatam, & Publicam, quoad Domesticam, & Forensem, quoad Ecclesiastic

Porrò faciendū est, quanq; Notulā minorē, sui signi quātitatē toties in maioribus Notulis multiplicare, quoties ipsam illæ continent. Ita per hoc signum ☉ Semibreuis perfecta, bis in Breui, quod imperfectum tempus sit: quater in Longa: octies in Maxima numerabitur. Sin ita ⊙ signatum fuerit, Semibreuis perfecta in Breui ter: est enim perfectū tempus: in Longa sexies: in Maxima duodecies, continebitur. Quo modo & de alijs signis iudicatur.


De Modo.

MOdus est qui Longis & Maximis suam quantitatē præscribit. Quod autē duabus diuersis Notulis præsidet, in Maiorem & Minorem discernitur.

MOdus minor Longæ Notulæ ⊣ quantitatem dimetitur. Longa aut perfecta est aut imperfecta. Longa perfecta tribus Breuibus ualet. Eius signum perfectus Circulus est, cum numero binario ○2.




Imperfecta duas breues continet: Cuius indicium est Hemiaclus cum numero binario C2.




Modus maior, Maximæ Notulæ ⊣ est proprius. Hic, similiter alijs, duplex est, perfectus & imperfectus. Perfectus

tribus Longis Maximam æstimat. Cognoscitur ex præscripto perfecto Circulo, habente adiunctum numerum ternariū, ita, O3. Sed hic ob immodicam tarditatem per raro ponitur.



Imperfectus Modus maior Maximæ duas tantum Longas tribuit. Signum habet Hemiaclum cum numero ternario, ita, C3.



Atq; hic tandem res ipsa testatur, quam non queat de Longarū ac Maximarum quantitate quidquam iudicari, nisi ante consultis Prolationibus ac Temporibus. Modus enim minor perpetuo tempus imperfectum complectitur. Maior è contra perfectū. Prolatio autē utriusq; est communis, ut absente Punc to minorem, præsente maiorem intælligas.

Postremo, ut pueri clarius & tanquam in speculo perspiciāt, quicquid de Mensura Prolationis, Temporis ac Modorum, hactenus traditum est, hanc figuram subiecimus: in qua mox cuiuslibet cantionis signo animaduerso, uniuersarum Notularū quantitatem per adiunctos numeros edisces.

Modus				Tactus						
Prola.	Temp.	minor.	maior.							
Perfe.	Perfe.	o	Perfe.	O3	81	27	9	3	1	1/2
Perfe.	Perfe.	o	imper.	C3	36	18	9	3	1	1/2
imper.	Perfe.	o	Perfe.	O3	27	9	3	1		1/4
imper.	Perfe.	o	imper.	C3	12	6	3	1		
Perfe.	imper.	Perfe.	o	O2	36	18	6	3	1	
Perfe.	imper.	imper.	o	C2	24	12	6	3	1	
imper.	imper.	Perfe.	o	O2	12	6	2	1		
imper.	imper.	imper.	o	C2	8	4	2	1		
Perfe.	Perfe.	o	o	O	36	18	9	3	1	
Perfe.	imper.	o	o	C	24	12	6	3	1	
imper.	Perfe.	o	o	O	12	6	3	1	1/2	4/1
imper.	imper.	o	o	C	8	4	2	1	1/2	

Modus minor, vulgo inter ſigna diminutionis recenſetur, quod ſi iure fit, per hos numeros, non integros, ſed dimidios tactus intelligas.

De Imperfectione.

Quæ hactenus de perfectis Notulis, Semibreuibus in Prolatione, Breuibus in Tempore, Longis ac Maximis in Modis tradita sunt, non tam ex ipsis Notulis, quibus perfectio adscribitur, quã ex proxime eaſdem ſequentibus uel Notulis uel Pauſis, pendẽt. Fit enim alicubi, ut per ea, quæ ſequuntur, etiam in ſignis perfectis, Notulæ tamẽ præcedentes ſuam perfectionem amittant, ut non ad ternariũ, ſed ad binarium numerum referri opus habeant. Cui imperfectioni ærius perdpiendæ, & quibus modis, contingat cognoſcendæ, ſubiuncti Canones ſeruiunt.

Canon Primus.

Omnis Notula perfecta, eatenus perfecta eſt & manet, dum quæ proxime ſequitur uel Nota uel Pauſa, aut illi æqualis. a. aut maior exiſtit. b.

Canon Secundus.

De imperfectione


Si uel Notula. c. uel Pauſa. d. ſequatur, quæ minus ualet, aut ſi illa præcedens denigrata fuerit. e. tum ea ipſa imperfecta, id eſt, binario numero cenſenda uenit.

Canon Tertius


De exceptis.

Si uero præcedenti Notulæ maiori Punctum alterationis acceſſerit. f. Aut additionis Punctum ſuccæſſerit. g. Aut inter eam & eius ſimilem ſequentẽ, aliquot Notulæ aut Pauſæ minores interponantur, quæ tamen per ſeſe ipſæ, abſq; præcedente maiore, ternarium numerum perficiunt, tum ſuam

repetit, Quinti ordinis est. Si uero per Diatonum fa & la crebrius commiscat, Sexti.



Exemplum Quinti.




Exemplum Sexti.

Septimi ordinis sunt melodiæ, a crebrius repetito supra sol ad ut finale Dia pente delabentes. Si uero post fa, frequentius usurpatum, tandem Dia tessaron in ut, desinant, Octaui ordinis sunt.



Exemplum Septimi



Exemplum Octaui.

Vt autem pueri artius ac facilius hæc Tonorum discrimina memoriæ teneant, libuit hic duos uersiculos subscribere, iam olim à Cantoribus in hoc confictos, ut per eos peculiaria singularũ Tonorũ Interualla, semel conceptæ, tenacius retine rentur.

Pri,re la dat. Se,re fa, Ter,mi fa. mi la; Quartus. Quint,fa fa. Sext,fa la. Sep,ut sol. Oc,tenet ut fa.

Atq; hæc nobis de Tonorum uulgari cognitione hic sufficiant. Neq; enim consilium est nostris regulis complecti, quid quisq; fingit. Quod hoc ita fieri nequeat, Puerisq; etiã si fieri posit, non tam usui, quàm oneri futurum sit.

De Mensura.

MEnsura est certus motus temporis, ad cuius æque distinctas uices, uniuersæ Notulæ ac Pausæ secundum suam ipsarum quantitatem adaptantur. Eum temporis motum tactu distinguimus. de quo post trademus.

Mensura quadruplex est. Prolationis, Temporis, Modi et Proportionis. Totidem enim sunt Notulæ, quæ in cantionibus subinde uariari solent, per hoc, quod aut perfectæ, aut imperfectæ proferuntur. Prolatio in Semibreues ius habet. Tẽpus in Breues. Modus in Longas ac Maximas. Proportio in omnes pariter.

Perfectas Notulas uocamus, quæ ternario numero cõsentur, hoc est, quæ proximam minorem ter in se continent: ut si Maxima tribus Longis: Longa tribus Breuibus: Breuis tribus Semibreuibus: Semibreuis tribus Minimis ualet. Perfectionis signa sunt Circuli pfecti ◯ ⌀, Numeri ternarij, 3, et Puncta intra Circulos, aut Semiarculos posita ⊙ ☾. Nam horum quodq; suarum Notularum, quas proprias habet, perfectionem signat.

Imperfectas uero Notulas dicimus, quæ secundum binarium numerum absoluuntur. uidelicet, dum Maxima duabus Longis: Longa duabus Breuibus: Breuis duabus Semibreui-

bus: Semibreuis duabus Minimis decantatur. Imperfectio ſignatur Hemiaclis C ¢: Numero binario. C2. & Punctorum abſentia. Cæterum ut pueri ſciant, in quas Notulas quodnis ſignum agat, hos Canones hic ſubſcriptos ediſcant.

Canon Primus.

Circuli aut Semiarculi abſq; numeris & punctis ita ſoli poſiti O C Ø ¢, ſolius Temporis, hoc eſt, Breuium Notularum perfectionem aut imperfectionem ſignant.

Canon Secundus.

Si Circulis numeri accęſſerint, binarius aut ternarius O3 C3 O2 C2, Tum Circuli proprie ad Modos ſpectant, ſeruiuntq; Maximis & Longis. Numeri uero Tempus, ternarius perfectum, binarius imperfectum, deſignant.


Canon Tertius.

Puncta quoties Circulis aut Semiarculis inſcribuntur, ⊙ ☾ ⊕ ¢, ſemper Prolationi, hoc eſt, Semibreuibus adtribuntur, Sed ita ut nihilominus Circuli iuxta priores Canones accedentibus numeris Modo, Abſentibus autem, Tempori addicantur.

De Prolatione.

MENSVRA Prolationis eſt, quæ Semibreuiũ Notularũ ◊ quantitatem definit. Ea duplex eſt, Perfecta & imperfecta. Perfecta Semibreuem tribus Minimis cenſet. Signum habet Punctum in medios Circulos, aut Semiarculos inſcriptum. ⊙ ☾. Imperfecta duabus Minimis Semibreuem æſtimat: Et earum omniũ cantilenarũ eſt, quæ nullum punctum Circulis inſertum habent O C.


Quod



Quod graduum ordinem ita inuerterẽ, contra consuetudinem aliorum, & Prolationem Tempori ac Modis præponerem, re ipsa coactus fẽci. Exigebat enĩ Στοιχ∫ωσις, ut difficiliora & quæ latius paterent, simplicioribus postponerem. Nunc uero Breuium, Longarum ac Maximarũ quantitatem certe non rectius tradiderimus, quàm per Semibreuium ualorem: quod tamen infeliciter faciet, qui non ante de Semibreuiũ quantitate constituit. Nimirum quod in Breuibus, Longis ac Maximis Semibreues utiq; reperias: In Semibreuibus autem illarum nihil.

De Tempore.

TEMPOris Mensura est, quæ Breuẽ Notulã ▭ definit. Tempus duplex est, Perfectum & imperfectum. Perfectum, Breuem tribus Semibreuibus appendit. Signum habet perfectum Circulum, absq; numero: aut numerum ternariũ Circulis postpositum, O3 C3. Imperfectum, Breuem duabus Semibreuibus uelexe facit. Cognoscitur per imperfectũ Circulum absq; numeris C ₵. Aut binarium numerum Circulis adscriptum O2 C2.



Porrò faciendū est, quanq; Notulā minorē, sui signi quātitatē toties in maioribus Notulis multiplicare, quoties ipsam illæ continent. Ita per hoc signum C Semibreuis perfecta, bis in Breui, quod imperfectum tempus sit: quater in Longa: octies in Maxima numerabitur. Sin ita ⊙ signatum fuerit, Semibreuis perfecta in Breui ter: est enim perfectū tempus: in Longa sexies: in Maxima duodecies, continebitur. Quo modo & de alijs signis iudicatur.


De Modo.

MOdus est qui Longis & Maximis suam quantitatē præscribit. Quod autē duabus diuersis Notulis præsidet, in Maiorem & Minorem discernitur.

MOdus minor Longæ Notulæ ⊟ quantitatem dimetitur. Longa aut perfecta est aut imperfecta. Longa perfecta tribus Breuibus ualet. Eius signum perfectus Circulus est, cum numero binario O2.




Imperfecta duas breues continet: Cuius indicium est Hemiaclus cum numero binario C2.




Modus maior, Maximæ Notulæ ⊟ est proprius. Hic, similiter alijs, duplex est, perfectus & imperfectus. Perfectus

tribus Longis Maximam æstimat. Cognoscitur ex præscripto perfecto Circulo, habente adiunctum numerum ternarium, ita, O3. Sed hic ob immodicam tarditatem per raro ponitur.



Imperfectus Modus maior Maximæ duas tantum Longas tribuit. Signum habet Hemiaclum cum numero ternario, ita, C3.



Atq; hic tandem res ipsa testatur, quam non queat de Longarũ ac Maximarum quantitate quidquam iudicari, nisi antè consultis Prolationibus ac Temporibus. Modus enim minor perpetuo tempus imperfectum complectitur. Maior è contra perfectũ. Prolatio autẽ utriusq; est communis, ut absente Punc̃to minorem, præsente maiorem intelligas.

Postremo, ut pueri clarius & tanquam in speculo perspiciãt, quicquid de Mensura Prolationis, Temporis ac Modorum, hactenus traditum est, hanc figuram subiecimus: in qua mox cuiuslibet cantionis signo animaduerso, uniuersarum Notularũ quantitatem per adiunctos numeros edisces.

Modus				Tactus						
Prola.	Temp.	minor.	maior.							
Perfe.	Perfe.	o	Perfe.	O3	81	27	9	3	1	1/2
Perfe.	Perfe.	o	imper.	C3	36	18	9	3	1	1/2
imper.	Perfe.	o	Perfe.	O3	27	9	3	1		1/4
imper.	Perfe.	o	imper.	C3	12	6	3	1		
Perfe.	imper.	Perfe.	o	O2	36	18	6	3	1	
Perfe.	imper.	imper.	o	C2	24	12	6	3	1	
imper.	imper.	Perfe.	o	O2	12	6	2	1		
imper.	imper.	imper.	o	C2	8	4	2	1		
Perfe.	Perfe.	o	o	O	36	18	9	3	1	
Perfe.	imper.	o	o	C	24	12	6	3	1	
imper.	Perfe.	o	o	O	12	6	3	1	1/2	4/1
imper.	imper.	o	o	C	8	4	2	1	1/2	

Modus minor, vulgo inter ſignus diminutionis recenſetur, quod ſi iure fit, per hos numeros, non integros, ſed dimidios tactus intelligas.

De Imperfectione.

Quæ hactenus de perfectis Notulis, Semibreuibus in Prolatiõe, Breuibus in Tempore, Longis ac Maximis in Modis tradita sunt, non tam ex ipsis Notulis, quibus perfectio adscribitur, quã ex proxime eaſdem ſequentibus uel Notulis uel Pauſis, pendẽt. Fit enim alicubi, ut per ea, quæ ſequuntur, etiam in ſignis perfectis, Notulæ tamẽ præcedentes ſuam perfectionem amittant, ut non ad ternariũ, ſed ad binarium numerum referri opus habeant. Cui imperfectioni cõrtius perdiendæ, & quibus modis, contingat cognoſcendæ, ſubiuncti Canõnes ſeruiunt.

Canon Primus.

Omnis Notula perfecta, eatenus perfecta eſt & manet, dum quæ proxime ſequitur uel Nota uel Pauſa, aut illi æqualis. a. aut maior exiſtit. b.

Canon Secundus.

De *imperfectione*


Si uel Notula. c. uel Pauſa. d. ſequatur, quæ minus ualet, aut ſi illa præcedens denigrata fuerit. e. tum ea ipſa imperfecta, id eſt, binario numero cenſenda uenit.


Canon Tertius


De *exceptis.*

Si uero præcedenti Notulæ maiori Punctum alterationis accęſſerit. f. Aut additionis Punctum ſuccęſſerit. g. Aut inter eam & eius ſimilem ſequentẽ, aliquot Notulæ aut Pauſæ minores interponantur, quæ tamen per ſeſe ipſæ, abſq; præcedente maiore, ternarium numerum perficiunt, tum ſuum

perfectam quantitatem illa ipſa præcedens maior retinet. h. Eiuſmodi exemplum etiam eſt quoties in Modo minore perfecto Longam geminæ Pauſæ Breues. i. Aut in Tempore perfecto Breuem geminæ Pauſæ Semibreues. k. Aut in prolatione maiore Semibreuem geminæ Pauſæ Minimæ æqualiter poſitæ. l. immediate exæquant.







Appendix Prima.

Quin etiam obſeruent pueri, aliquando per imperfectionem, quiddam minus quàm tertiã partem Notulis alioqui perfectis, deadi. Idq; ſi in Tẽpore perfecto Longam ſequatur tantum unica Semibreuis Notula uel Pauſa: Aut ſi in Prolatione maiore Breuem ſequatur unica Minima Notula uel Pauſa. Ita ẽim ſexta tantũ pars Longæ aut Breui ſubducatur. Quod

tamen ternarij numeri obseruatio rectißime doœbit: secundũ quẽ, ut omnis perfectio œnsenda est, ita & imperfectio absq; negotio facilime deprœhenditur.

Appendix Secunda.

Nigredo perfectis Notulis tertiam partem adimit, Imperfectis quartam. Ita Breuis perfecta, sed nigra, duabus tantum Semibreuibus ualet. Imperfecta autẽ Semibreui & Minima: Ita Semibreuis perfecta, sed nigra, duabus Minimis. Imperfecta Minima & Semi. ualet.

Appendix Tertia.

De ea uero imperfectione, qua minor Notula imperfaciẽs, maiorem, quæ imperfiatur, præœdat, non adeo opus eßе œnsui hic quicquam tradere: quod eam quoties usu uenit, secundũ regulam Puncti Diuisionis, supra traditam, et cognoscere et iudicare oporteat. Etnĩ arti Musicæ nõ satisfaat, qui eiusmodi imperfectiones describens, Punctũ Diuisionis non addit.

Iam uero ut imperfectio primis tribus gradibus Prolationi, Tempori et Modo in commune accidit, ita & augmentatio & diminutio in omnes Notulas, cuiuscunq; gradus, ius habent. De quibus post Proportionũ Mensuram doœbimus.

De Mensura Proportionum.

MEnsura Proportionis est, qua œrtis aliquot tactibus, œrta Notularum quantitas æquiparatur. Proportiones dupliœs sunt, Aequalitatis & Inœqualitatis, Proportiones Aequalitatis uoœnt, ubi idem numerus tactuum & notularum est, Veluti si unam notulam Semibreuem unico tactu,

duas duobus decantamus. huius nulla est difficultas. Inæqualitatis uero, ubi alius numerus Notularum, & alius tactuum est: cuiusmodi sunt, cum unico tactu, duas, tres, quatuorue Semibreues Notulas absoluimus. Aut unicam Semibreuem ad duos, tres, quatuor, aut plures tactus protendimus. Quas ob hoc ipsum in Augentes & Diminuentes diuidere placet. Quod ita earum natura & differentia puerorum captui facilima sit.

Augentes uoco eas omnes, quæ superiorē numerū minorē habent inferiori. Solent enim omnes Proportiones duobus numeris signari, ita ut alter perpēdiculariter sub altero ponatur. Quorum superior semper Notularū, inferior Tactuū numerum significat. Vnde fit, ut in augentibus Proportionibus Semibreuis Notula tot tactibus ualeat, quotics inferior numerus superiorem cōtinet: In subdupla $\frac{1}{2}$ duobus. In subtripla $\frac{1}{3}$ tribus: In subquadrupla $\frac{1}{4}$ quatuor: In subdecupla $\frac{1}{10}$ decem. Quod genus proportionum, quod ita augeat, ob hoc ipsum inter augmentationis signa infra ponemus.


Diminuentes Proportiones uoco, quæ superiorem numerū maiorem habent inferiori, ita $\frac{2}{1}$ $\frac{3}{1}$ $\frac{4}{1}$ $\frac{3}{2}$ $\frac{4}{3}$. Hic enim tot Semibreues Notulæ, quantum superior numerus, quem Notularum esse iam ante diximus, ualet, tot tactibus, quantū inferior numerus significat, appenduntur. Quas ob eam causam infra signis Diminutionis connumerabimus. Earum quamquam multæ sunt species, tamen eas solas hic adscribemus, quarum in cantando receptior est usus. Ponemus ergo quinq; Duplam, Triplā, Quadruplā, Sesquialterā, & Hemiolam.

De Proportione dupla.


DVPLa Proportio est, cui duæ Notulæ, eiusdem speciei,

tanti ualent, quanti aliàs earundem una. Diminutionem recte dixeris. Ita enim ex Longa Breuis fit: ex Breui Semibreuis: ex Semibreui Minima: ex Minima Smim. &c. Eius notio sunt bini numeri perpendiculariter concripti, quorum superior inferiorem bis contineat, hoc modo. 2 4 6 8 / 1 2 3 4.


Exemplum.



Disanntus.



Tenor.




Bassus.


Notandum hic est, Proportiones æssare quoties, ille numerus, quo primàpaliter significabãtur, conuerso ordine positus sequitur.

De Proportione tripla.

Proportio Tripla est, quoties tres Semibreues, aut sex Minimæ, uni Tactui adaptantur. Eius Characteres sunt duo numeri, quorum superius scriptus inferiorem ter in se habet, ita. 3 6 9 / 1 2 3. Exemplum.



Tenor.




Bassus.


De Quadrupla Proportione.

Proportio quadrupla est, ubi aut Longa aut duæ Breues, aut quatuor Semibreues, aut octo Minimæ, uni ictui accommodantur. his q; numeris inscribitur $\frac{4}{1}$ $\frac{8}{2}$ $\frac{12}{3}$ *&c.*

Vt ille qui supra est numerus, alterum subscriptum quater contineat. *Exemplum.*



Tenor.




Bassus.


De Proportione sesquialtera.

Sesquialtera fere Minimarũ & Semi. propria est. Tres

enim minimas uno tactu absoluit, atq; ita inscribitur. $\frac{3}{2}$ $\frac{6}{4}$. *ut superior numerus minorē totū & dimidiū simul cōtineat.*




Tenor.




Bassus.

De Hemiola.

Hemiola, quod ad Notularū ac Tactuum quantitatem adtinet, plane eadem est cum Tripla: nisi quod alijs signis inscribitur. Nam ferè Circulo integro aut dimidio, utrobiq; tamen subcripto numero ternario $\frac{3}{3}$ *: nonnunquam etiam denigratione omnium Notularum, describitur.*



Discantus.




Bassus.

De Augmentatione, & Diminutione.

AVgmentatio & Diminutio pariter in Prolatione, Tempus, Modũ & Proportiones ius habent, ut per alia ſigna alijs oppoſita Notularũ & Pauſarũ ualorẽ aut augeãt aut diminuãt. De quibus tamen antequã hic quicquã tradam, prius Tactum, quo temporis motũ ex æquo diſtinguimus, deſcribam. Abſq; cuius certa obſeruatione, neq; docri quicquã recte, neq; percipi de Augmẽtatione & Diminutione poteſt.

TACTVS eſt, digiti motus aut nutus, temporis tractũ in uices æquales diuidens. Tactuũ alij multa genera fingunt, ueluti ea & uſus in extendo iam diu recepta uſurpauit. Verũ ſi quis probatiſſimorũ Muſicorũ cantilenas rectius aſpiciat, utiq; certiſſime deprehendet, non niſi unicũ Tactus genus eſſe, quod omnis generis cantionibus adaptari & poſſit & debeat. Neq; ẽim, ſi omnino diuidendus ſit Tactus, ex eo alius erit, quod aut lentior aut concitatior eſt: ſed quod aut plures, aut pauciores Notulas abſoluat: Vt ita non Tactuũ, ſed Notularũ quantitatẽ ſubinde pro uarijs ſignis Prolationũ, Temporũ, Modorum ac Proportionũ diſcernere conueniat. Quid enim Tactus ille perfectioris nõ diminutus, à diminuto diſcriminis habet, præterquàm quòd ille unã Semibreuẽ tanti facit, quãti diminutus duas SProportio tripla tres, Quadrupla quatuor, Seſquialtera unã & ſemiſſem? Eſt itaq; diminutio nõ Tactus, ſed Notularũ. Per eã enim nõ plures Tactus uni Notulæ, ſed plures Notulæ uni tactui adaptantur. Quod ut Muſicæ Tirones certius intelligant, ac re ipſa cõperiantur, ita planè ſe habere, tabellam ſubiungere uolui, in qua nõ tantũ perſpiciant,

ſed & cantando periculũ fuere poſſint, in quouis ſigno eundem tactum adhibendũ eſſe. Adeoq; ſigna ipſa nõ mutando tactui ſed notularũ ualori aut augẽdo aut diminuẽdo ſeruire.



Tactu hoc modo peracto, nihil planè ſcrupuli reliquũ fit, quin & Augmentationẽ & Diminutionẽ, tum ſublime pueri intelligãt. Quod utraq; ex huius Tactus dimenſione tota pendeat. Neq; aliud ſibi uelit illa, quã ut plures: hæc ut paucores Notulæ eidem Tactui adaptentur. Sãt ergo pueri & Augmentationem & Diminutionẽ relatiue dicã, ad Semibreuis Notulæ eſſentialem quantitatẽ, qua ipſa integro tactu ſub his ſignis O C *ualet.*

AVGMENTATIO *eſt incrementũ Notulis ultra cõmunem ualorẽ ex ærtis ſignis aut Canonibus accedens. Ea tribus modis ſignificatur.*

Primo per Prolationẽ maiorẽ unius uocis, aliarũ uocum

minori Prolationi oppoſitã, ⊙, ○. Ita enim Semibreuis tribus tactibus ualet: Minima uno. Quarum Prolationũ ualor in omnibus Notulis, in Tabella, quam ſupra de ſignis Graduum poſui, perſpiatur.

Secundo per principaliter præſcriptas Proportiones eas, quarũ numerus ſuperior minor eſt inferior i, uideliçt ſubduplã $\frac{1}{2}$ ſubtriplã $\frac{1}{3}$, ſubquadruplam $\frac{1}{4}$, & id genus alias. Sub harum enim inſcriptionibus ſuperioris numeri, Semibreues Notulæ totidem tactus habent, quot numerus inferior, qui maior eſt, ualet.

Tertio per Canones adſcriptos, qui incrementũ, aut dupli aut tripli, aut quadrupli &c. edicunt.

Augmentatio per
- ⊙3, ○3, ⊙, ○ — Tripliat
- $\frac{1}{3}$ — Tripliat
- $\frac{1}{2}$ Dupliat
- $\frac{1}{4}$ Quadrupliat

} Omnes Notulas & Pauſas, Exceptis Minimis, Semimi. Fuſis ac Semibre. impfectis quæ in prolatione maiore tantumdupliantur.

DIMINVTIO, eſt decrementũ communi Notularũ ualori itidem ex artis ſignis aut Canonibus accidens. Eaquinq; modis ſignatur.

Primo per numerum binarium Circulis aut Semicirculis ita adſcriptum. ○2 ☾2

Secundo per Virgulam medios Circulos aut Semicirculos ita diſſecantem. ⌀ .☾ ⊖ ☾.

Tertio per Hemicyclum ita inuerſum ☽. *Atq; his tribus modis, omnibus Notulis dimidiũ eſſentialis quãtitatis adimitur, e us quam aliàs extra Diminutionem habereſolebant.*

Quarto per numerũ ternariũ circulis aut Semicirculis ſub ſcriptũ ○ ☾, *ſub quibus tres Semibreues uno tactu ualent.*

3 3

Quod genus Diminutionis rectius Proportionẽ triplãdixeris

Quinto per omnis generis Proportiones, ſuperiorẽ numerum, maiorem habentibus inferiore, ut ſunt. 2/1 3/1 4/1 3/2. *In quarum qualibet, ſuperioris numeri totidem Semibreues Notulæ, tot tactibus, quot inferior ſignificat, accinuntur.*

Sexto per canones adſcriptos, dupli, tripli, quadrupli &c. decrementum indicantes.

Diminutio p

- ⌀ 3
- ☾ 3
- ○ 2
- ⊙ 2
- ☽ 2
- ☾ 2 — *Dimidia.*
- ⌀
- ☾
- ☽
- 2/1
- ○ 3 — *Tertia.*
- ☾ 3
- 3/1
- 4/1 — *Quarta.*

Parte omnes Notulas ac Pauſas ualere faciũt, eius ualoris, quẽ aliàs abſq; diminutione habebant.

Eſt & Diminutionis Diminutio, qua ante ſemel diminutus ualor iterũ diminuitur, ut ita & dimidiæ partis dimidiũ tantũ remaneat. Huius ſigna ſunt ⊙2 ¢2 ☽☽. quæ quod duplicem diminutionẽ, uirgulæ & numeri binarij, ſimul habent, quatuor Semibreues uni tactui accinunt. Quin etiã Proportiones diminuentes, quæ ſub ſignis ſimplicis Diminutionis ⊙ ¢ ponuntur, huc referre licet. Quod ſub ijs ſignis, Dupla quatuor Semibreues: Tripla ſex: Quadrupla octo: Seſquialtera tres unico tactu abſoluat.

Diminutionis diminutio per

⊙2
¢2
𝅗𝅥2
¢2
☽
☽

Omnes Notulas ac Pauſas tantum quarta parte eiuſ ualoris, quẽ extra diminutiones habebant, uſurpare faciũt.

⊙ ¢

2/1 3/1 4/1 3/2

Semibreues

4 6 8 3


Vni tactui attribuit.

FINIS.

Quanti te faciam, Patria ô mea, quamq; decori
Quæq; tuo coner, iudicet ipsa dies.
Hoc tantum dicam. Si par euentus Alumni
Accideret uotis, tota beata fores.
Non quod ab ingenij tantum mihi uiribus usquam
Polliceor. Noui quam bene parus queam.
Sed quod Amatores plærunq; præcentur amatis,
Quæ nullo poßint exhibuisse modo.
Verum quicquid id est: animi monumenta fidelis
En tibi nunc iterum Musica parua damus.
Quæ precor accipias, mitis uelut oscula matr
Accipit infantis qualiacunq; sui.
Vilia sunt, fateor, quæ do: Sed & ipsa datoris
Ex animo magni muneris instar habent.
Quod tibi æu æræ studeam pietate parenti.
Quod mihi sis oculis carior ipsa meis.
Quod uerè cupiam tuus esse per omnia, quantum
Corporis ac animi uiribus usq; queo.
Pro quibus ampla satis mihi præmia pensa putabo,
Si fauceas studijs quantulacunq; meis.
Tu uero Patria ô mea, fausta beataq; semper
In Domino sancta pace frnare. Vale.

Ludi literarij Scbaldini, Iambias trimetris conſcriptæ.

Vos, qui uenitis huc honeſtis moribus
Et artibus bonis ſtudendi gratia,
Veſtra uoluntate agite, quod bonos decet,
Vt non opus ſit eſſe uerberonibus.
Nam quiſquis hoc in animum ſic induxerit,
Huic omne ſtudium cædet ex ſententia,
Operæq; fructum demetet pulcherrimum.
Ignauus autem, ad hoc, quod nil lucri feret,
Virgis ſimul cæſim operietur aſperis,
1 Suum Magiſtrum digno honore non colens.
2 Eiusue Pædotribis non obtemperans.
3 Ad lectiones tardius ſe conferens.
4 Silentium non ore clauſo continens.
5 Sub prælegendo hoc non, ſed aliud cogitans.
6 Ab ore declamantis alio diuagans.
7 In lectione, quæ iubentur, non notans.
8 Prælectionem pridianam non tenens.
9 Demenſa, quæ diſcenda fuerant, poſthabens.
10 Germana, non latina, cuiquam colloquens.
11 Non cotidie latinum autographum exhibens.
12 Quicquam, quod ad diſcendū nil ſuat, mouens.
13 Alijs ſtudendi occaſionem deterens.
14 Solutior ſubſellijs inambulans.
15 Horſum uel illorſum ſtrependo curſitans.



nitatis ptiapes cē frcasti:
pīa cps: ut sic tuā cognoui
mus ueritatē: sic eā dignis
moribꝫ assequamur: ℣. Lō
Lī uenerit paclitꝰ spūs ueritā
tis: ille arguet mūdū de pēto
& de iustitia & de iudicio. al. al.

ADesto nob dñe ꝓtcō
tōs nr̄os: ut p hec qui
fidelit supplicāt & purgen
a uicijs; & ꝓcellis oībus
eruamur: ℣. Dñica. v. pt

ADcem: pascha. intro
ioca iubilatis āmūcia